



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 78. Censura harum Propositionum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI.
A.C. 1521.

§. LXXVIII.

Censura harum Propositionum.

Hæ sex Propositiones hoc anno in numero jejunio verno in Sagiensi Ecclesia Cathedrali ad populum dictæ fuerant, eas vero Episcopus per Magistrum Joannem Gillain Theologicæ Facultati denunciavit. Hæc igitur illas censuris suis perstrinxit hunc in modum : *Primæ quatuor Propositiones ita indistincte positæ sunt scandalosæ, seditiosæ, & nullo modo prædicandæ, & si prædicatæ sint, revocandæ, accipiendo eas in sensu, in quo communiter accipiuntur post sepulturam exhibitam, & secundum laudabilem consuetudinem.* Postmodum de postremis duabus propositionibus sequens tulit iudicium. *Istæ duæ propositiones sunt temerariæ, & nullatenus prædicandæ, addit quoque, quod sint exhortandi Prælati, ne graves exactiones contra jura & laudabiles consuetudines in suis Diocesisibus permittant, quibus non intendit Facultas favere.*

§. LXXIX.

Alia Censura Propositionum ab Hieronymo Clichtoveo enunciatarum.

*Argent. loc. c.
p. 402.*

Eadem Facultas die quinta Decembris sequentes Hieronymi Clichtovei propositiones